

## 81.

*Papst Innocenz III. giebt dem Bischof von Hildesheim und dem Propst zu Magdeburg Vollmacht, (Dietrich, Sohn Dietrichs des Bedrängten) den Erwählten von Merseburg zu absolviren, indem er zugleich für den Fall, daß der Erzbischof von Magdeburg binnen zwei Monaten zur Einheit der*  
 5 *Kirche nicht zurückkehrt, den Bischof von Hildesheim beauftragt, mit Hinzuziehung von noch zwei Bischöfen dem gedachten Erwählten die Weihe zu ertheilen. Lateran (Rom), 1204 Juli 1.*

*Hdschr.: Reg. No. 6 fol. 138 No. 114. Vatikan. Archiv.*

*Gedr.: Bréquigny, Dipl. II. 1,532; ed. Migne 2,395. Potthast 2256. Böhmcr-Fickcr 5001.*

. . Hildesemensi episcopo et preposito Magdeburgensi<sup>a</sup>). Ex litteris . . electi  
 10 Merseburgensis accepimus, quod venerabilis frater noster G. Prenestinus episcopus  
 apostolice sedis legatus in eum, cum eius non posset obedire mandatis, post appella-  
 tionem ad nos interpositam excommunicationis sententiam promulgavit, unde idem  
 electus humiliter postulavit a nobis, ut misericorditer ei, cum mandatis nostris paratus  
 sit in omnibus obedire, faceremus absolutionis beneficium exhiberi. Quocirca discretioni  
 15 vestre, de qua plene confidimus, per apostolica scripta mandamus, quatenus ab ipso  
 electo iuratoria cautione recepta, quod nostris mandatis obediat absolute, absolutionis  
 ei beneficium impendatis, iuramenti tenorem eiusdem in litteris redigi facientes, in  
 quibus idem confiteatur electus, se huius modi iuramentum in nostris manibus prestitisse  
 ac litteras ipsas eius sigillo signatas nobis mittere non tardetis. Verum, si Magdeburgensis  
 20 archiepiscopus infra duos menses post receptionem presentium non redierit ad ecclesie  
 unitatem, ut absolutionis beneficium mereatur, extunc, tu frater episcope, associatis tibi  
 duobus episcopis, eidem electo, postquam a te fuerit in presbyterum ordinatus, iuxta  
 canonicas sanctiones auctoritate nostra suffultus sublato appellationis obstaculo munus  
 consecrationis impendas et consecrato districtius inhibere procures, ne ipsi archiepiscopo,  
 25 dum contumax nobis et rebellis extiterit, obedientiam exhibeat vel honorem. Datum  
 Laterani kalendis iulii.

## 82.

**Erfurt, 1204 Sept. 22.**

*Hdschr.: Kop. Perg. Cod. St. Mauritii fol. 19 (Saec. XV.) Haus- und Staatsarchiv Zerbst.*

30 *Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,72. Böhmcr-Fickcr 86.*

*König Philipp verzichtet auf den Nachlaß der Erzbischöfe von Magdeburg und  
 aller ihrer Suffraganen (die sogen. Spolien) zu Gunsten der Amtsnachfolger derselben  
 und namentlich der etwaigen Gläubiger der verstorbenen geistlichen Herren. — Zeugen:  
 Grafen Ulrich von Wettin und Friedrich von Brehna.*

35 81. a) Hild—Magdeburgensis in rother Schrift.